Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ti erant. ita ut in illa omni multitudine uix inueni
res aliquem qui oleo salti uteretur. Plures autem in eis
non iacentes somnum sed sedentes. et ut ita dicam in medi
tatione uerborum diuinorum positi capiebant.

30 In itinere sane habitationis monasteriorum que sunt in
nitria, sumptum tradebant ab ammone quodam cuius animam cum
exisset e corpore uidit ferri ad celum sanctus antonius.
sic refert scriptura illa que scripsit uitam anto
nii. Hic ergo ammon locupletibus et generosis parentibus
natus est. a quibus inuitus ad nuptias cogebatur. Et cum uim pa
rentum non posset effugere. accepta uirgine cum intra nup
tiales thalamos conuenissent. et data eis essent cubili
secreta silentia. alloquitur puellam de pudicicia. et de
conseruanda uirginitate cepit cohortari dicens. quia
corruptio sine dubio inuenit corruptionem. incor
ruptio uero incorruptionem sperat. Oultio ergo
melius est si utique nostrum in uirginitate perduret. quam
ut alter corrumpatur ex altero. Ad quiescit ei uirgo.
et silentio tegitur incorruptionis thesaurus. Cumque pluri
mo tempore solus dei contenti testimonio. spiritu magis essent
quam carne sanguineque coniuncti. post obitum parentum amborum
ille quidem ad uicinum deserti secedit locum. uirgo uero
intra domum residens. breui et ipsa multitudines uirgi
num. et multitudines ille congregat monachorum. Cumque
iam secretus resideret in heremo. adolescens quidam
qui morsu canis rabpidi actus [illegible] are [illegible] in rabiem uer
sus erat. multis cathenis uinctus [illegible] offerre ad eum de
cit. prosequentibus eum parentibus suis. et rogantibus
pro eo. At ille dixit ad eos. Quid mihi molesti estis
o homines. Supra mea merita est quod petitis. Sed tamen